

tion di esso Ascanio. *Item*, esso orator à spazà col papa lo episcopato di Modrusa a quel di Frangipanni, e dato per concistorio; et che li a Roma era uno, feva santi per nome dil re di Napoli, et domino Sperandio, suo orator, li paga, e si dice in l' Abruzzo la città di Chieti aver fato tumulto; et questi santi si fa vien mandati verso Marino; et che il ducha di Valentines si ricomanda a la Signoria, et voria aver conduta. *Item*, zerechà i merchantanti nostri di Gualdo etc., dannuzati, fo dal papa et soa santità scrisse al signor di Chamarino, qual nulla fece; et diceva che manderia do soi oratori al papa per tal effecto. *Item*, la speranza dil re Fedrico è chiamar turchi in ajuto.

107

Beatissime Pater.

Quia sanctitas vestra mandavit pridie, cum ad pedes ejusdem erimus, nos servitores domini vice cancellarii, ut si circa liberationem ipsius, pro meliori informatione, dicenda nobis aliqua occurrerent, ea poneremus in scriptis; quamquam satis intelligamus ad ea, quae per vestram beatitudinem ex sua innata clementia cogitata et ordinata sunt in hac materia, nihil addi posse, tamen pro debito et obedientia hæc pauca notavimus. Videlicet :

Præsupposito in Venetorum illustrissimo Domino et senatu, non ignaro sacrorum canonum et juriū omnium consultissimo, locum habeat omnis justicia; et item præsupposito quod nulla scripti juris ratio militet, quare detineri vice cancellarius debeat; et sic sperandum quod, sanctitate vestra et sacro collegio potentibus enixe liberationem ipsius detenti, præfatum dominium negare non poterit ac se exhibebit in hac re, sicut in cæteris consuevit, erga apostolicam sedem; attamen quia de christianissimo rege francorum aliqua dicta sunt, responderetur:

Quod, existente in potestate ipsius regis domino Ludovico, investituram ducatus Mediolani habente ab imperio, et viventibus duobus ipsius filiis legitimis, item altero Johannis Galeacii, quondam ducis, filio legitimo, nullum jus successionis competere vice cancellario potest, nec ipse ullo modo ad datum prætendit; et sic cessat omnis ratio quare præfatus dominus rex dubitationem ullam possit prætendere ex persona dicti domini vice cancellarij; qui nudatus omni facultate, exceptis bonis que habet sub jurisdictione et potestate sanctitatis vestrae, nihil potest regi nocere, ipsa præsertim vestra beatitudine et sacro collegio fidejubentibus. Nulla igitur esse potest honesta ratio vel causa, quare majestas sua liberationi detenti adversari debeat; satis enim

habet cautionis, quantum ad mediolanense dominium, si ducem ipsum tenet captivum, et alium habet Johannis, quondam Galeacii, filium apud se.

Item de dominis venetiis dicitur, si ipsi quoque ullam propter dominium causam prætenderent; quia mediante vestræ beatitudinis et sacri collegii fidejussione, possint omnes securi esse, quamquam nulla possit esse tam urgens causa, cui jus pontificium et auctoritas cap.^o felicis (*sic*), cui replicare nulli sacerdotali potestatis fas est, non prævaleat.

Allegare nullam injuriam præfatus rex Franciae nec veneti possunt, acceptam a domino vice cancellario, qui ex principe patre natus, et principum frater, ipsum quoque fratrem investitum ab imperio, vivit, nec alienam domum invasit, sed paternam avitamque defendit.

Item, in juvando fratrem eas sibi desumpsit partes, quæ omni prorsus eade et sanguine vacarent; non arma tractavit neque vim intulit cuiquam; solum curavit in redditu suo Mediolanum, quando vocati et vecti sunt humeris ambo fratres ab universo populo, ne quis de eorum adventu conqueri posset.

Inclinatis autem ultimo loco rebus, credebat nulli 108 injuriam neque vim facere; nec est ut miles vel apostata, sed in suo habitu, versus beatitudinem vestram et sedem apostolicam rediens, intercepitus.

Quare nullo jure quisquam obstat debet, quin idem dominus vice cancellarius in libertatem omnitudinem restituatur; et ita supplicatur vestræ beatitudini, ut mandata et brevia in idem sonantia dare dignetur ei, qui ista de causa mittendus erit Veneciæ; quia non dubium est, mediante auctoritate beatitudinis vestræ et ejusdem erga dominum vice cancellarium benignitate, quin res optatum exitum omnino sit habitura.

Cæterum, quia intelligitur quod Veneciis eidem domino vice cancellario locus erat paratus, ubi patere ad ipsum non posset aditus, nisi per paucos, supplicatur beatitudini vestræ, ut interim, dum de ipsius totali liberatione agitur, curetur ne anguste teneatur, et per manus suorum, quos ipse habere voluerit, servitia possit accipere.

Item, brevibus sanctitatis vestræ et literis sacri collegii confortetur, et eorumdem nomine visitetur in haec afflictione, in qua verisimile est ab ipso detento quæque minima observari.

Da Napoli, di l' orator, di 22 et 26. Chome ricevute nostre letere di la captura di Lodovico, e Ascanio esser fuzito, fo dal re a comunicarli subito. Soa majestà disse li piacea, si questo fusse la quiete